ſeſe tranſfundat, ac MATRIS proitas vitæque ſanctimonia cum FILIABVS communicetur iæque in ſexus & conditionis ſuæ ornatiſſima exempla aoleſcant. Protege, rogamus ſuppliciter, FRIDERICVM WILHELMVM, REGEM noſtrum longe indulgntiſſimum, eumque ſiue ad pacis conſilia, ſiue belli geendi rationem animum conuertat, virtutis ac ſapientiæ tæ luminibus colluſtra, ac mirabili fortitudinis robore arnatum ad gloriam tuam defendendam valide inflamma: ut, dum ſui cauſſa nihil facit, ſummi apud omnes populo gloria circumfluat.

Tu vero bonæ mentis domicilium FRIDERICIANA, quæ in bonarum artium ſtudium vehementer es incenſa, minuas, precor, luctum tuum: ſeruauit te DEVS: ſeruabit REX potentiſſimus, qui nouum tibi DEFENSOREM ac rerum tuarum excellentem CVRATOREM conſtituit, cuius annis iicietur, quod eſt detractum ætati prioris. Eſt is, Auditores, Nobilis Dominus DE KNIPHAVSEN, Dominus benignus, amicus Principis, conſili pleniſſimus, litterarum omnium æſtimator, eruditorum Mæcenas, venerandi ſenis ac magni ILGENII gener: quod ſatis eſt dixiſſe

D I X I.